


Sancum esse qui Sanctus non est; & se erraret, ut in dicto cap. in quibus 22. quast. 2. Præterea hac distinctio videtur...

Hæc opinio mihi valde probatur, tum quia est Divi Thomæ qui in hujusmodi secretis semper aut ratione aut revelatione...



DE TESTIBUS ET ATTESTATIONIBUS

Gregorius IX.

CAPUT LVI.

Non debet quis in criminibus (nisi forsan in exceptis) ad testificandum admitti, pendente accusatione de crimine contra ipsum; cum etiam accusati (nisi prius se probaverint innocentes) ab accusatione ac susceptione ordinum repellantur.

SUMMARIUM.

- 1 Accusatus criminaliter, pendente accusatione, non potest in selem produci, nisi in criminibus exceptis. 2 Et que sint hujusmodi crimina. 3 Secus si fuerit accusatus civiliter. 4 Quod verum est si sit emendatus de crimine, nec cum...

- 5 Cum accusatur quis de crimine, statim gravatur eius opinio. 6 Accusatio civilis infamiam non irrogat, nec repellit a promotione. 7 Testimonium, accusatio & Ordo æquiparantur in repellendo. 8 Accusationis pendens præjudicat in querendis, sed non in quasiis.

Non debet. Ponit regulam, & casum exceptum, quem secundo probat per duo similia, ibi, Cum etiam Joan. Andr. Quæsitum fuit utrum accusatus criminaliter, pendente accusatione, possit in teitem produci. Et respondit Papa non posse; quia nec alium accusare, nec Ordines suscipere potest...

Secundo nota ex hac Decretali, testimonium, accusationem & ordinem æquiparari in repellendo secundum glossam hic ante medium, versiculo Ex hac enim Decretali. In glossa magna pro intellectu terro fac regulam; pendens accusatio præjudicat in querendis; sed non in querendis, argumentum legit Pluribus, &. Et si placeat, ff. de verborum obligatione, lege prima; Quamvis autem, ff. de postul. & h. alt. 15. quast. 1. & ita hæc regulam confirmantur in cap. Omnipotens de accusat. Petrus de Anania num. 1. Joan. de Anania num. 3. Marianus Socinus eodem numero & Felinus in 2. notab. Et præterea accusatus non potest esse testis nec alium accusare; nec ad Ordines vel Dignitates promoveri; nec esse alterius procurator, ut in glossa; quia in his agitur de querendis, sed bene potest bona sua administrare, testamentum condere, pecunias sibi debitas exigere, instrumenta conficere si sit rabelio & alia hujus generis; quia in his agitur de quasiis, ut scripsi in predicta Decretali Omnipotens num. 7. 8. & 9. de accusat. ubi plenè videas.

